

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Tertiæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum degradati? 8

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38725**

430 QVÆST. LXXXII. ART. VII.  
est, quod peccator sumit corpus Christi sacramentaliter, sed non spiritualiter.

Ad secundum dicendum, quod solus baptismus permittitur esse ratus hereticis & schismaticis, quia possunt licite baptizare in articulo necessitatis. In nullo autem casu licite possunt eucharistiam consecrare, vel alia sacramenta conferre.

Ad tertium dicendum, quod sacerdos in missa in orationibus quidem loquitur in persona ecclesiae, in cuius unitate consistit. Sed in consecratione sacramenti loquitur in persona Christi, cuius vicem in hoc gerit per ordinis potestatem. Et ideo si sacerdos ab unitate ecclesiae recessus, missam celebret, quia potestatem ordinis non amittit, consecrat verum corpus & sanguinem Christi: sed quia est ab ecclesia unitate separatus, creationes eius efficaciam non habet.

#### A R T I C . V I I I .

Vtrum sacerdos degradatus possit hoc sacramentum confidere?

4. dif. 11. q. 2. ar. 1. A D octauum sic proceditur. Videtur, quod sacerdos degradatus non possit hoc sacramentum confidere. Nullus enim conficit hoc sacramentum, nisi quoniam 12. per potestatem consecrandi quam habet. Sed degradatus non habet potestatem consecrandi, licet habeat potestatem baptizandi: ut dicit Can. 1. qu. 1.

Habetur caput quidam. Ergo videtur, quod presbyter degradatus non possit eucharistiam consecrare.

q. 1. cap. 1. Præterea, Ille qui aliquid dat, potest etiam auferre. Sed Episcopus dat presbytero potestatem consecrandi, ordinando ipsum. Ergo etiam potest ei auferre, degradando eum.

¶ 3. Præterea, Sacerdos per degradationem aut amitterit potestatem consecrandi, aut solam executionem. Sed non solam executionem: quia sic non plus amitteret degradatus, quam excommunicatus, qui etiam executione caret. Ergo videtur, quod amitterit potestatem consecrandi. Et ita videtur, quod non possit confidere hoc sacramentum.

SED

3 ED contra est , quod Aug. \* in 2. contra Par-  
menianum probat , quod apostatae à fide non carent  
baptismate , per hoc , quod per poenitentiam redi-  
cibus non restituitur ; & ideo amitti non posse iudica-  
tur . Sed similiter degradatus , si reconcilietur , non  
est iterum ordinandus . Ergo non amisit potestatem  
consecrandi . Et ita sacerdos degradatus potest con-  
ficerre hoc sacramentum .

R E S P O N D E O dicendum , quod potestas  
consecrandi Eucharistiam , pertinet ad characterem  
sacerdotalis ordinis . Charakter autem quilibet , quia  
cum quadam consecratione datur , indelebilis est ,  
ut supra dictum est \* : sicut & quaruncumque re-  
rum consecrationes perpetuae sunt , nec amitti , nec  
reiterari possunt . Vnde manifestum est , quod po-  
testas consecrandi non amittitur per degradationem .  
Dicit enim August. \* in secundo contra Parmenia-  
num , Vtrumque , scilicet baptismus & ordo , sacra-  
mentum est , & quadam consecratione vtrumque  
homini datur : illud , cum baptizatur ; istud , cum or-  
dinatur : ideoque non licet a catholicis vtrumque  
iterari . Et sic patet , quod sacerdos degradatus po-  
test confidere hoc sacramentum .

Ad primum ergo dicendum , quod Canon ille non  
loquitur assertive , sed inquisitive : sicut ex circum-  
stantia litterarum haberi potest .

Ad secundum dicendum , quod Episcopus non  
dat potestatem sacerdotalis ordinis propria virtute ,  
sed instrumentaliter , sicut minister Dei , cuius effectus  
per hominem tolli non potest : secundum illud Matt.  
19 Quos Deus coniunxit , homo non separet . Et ideo  
Episcopus non potest hanc potestatem auferre : sicut  
nec ille qui baptizat , potest auferre characterem  
baptismalem .

Ad tertium dicendum , quod excommunicatio est  
medicinalis . Et ideo excommunicatis non auferetur  
executio sacerdotalis potestatis , quasi in perpe-  
tuum , sed ad correctionem usque ad tempus . Dega-  
datus

432 QVÆST. LXXXII. ART. IX.  
datis autem aufertur executio quasi in perpetuum  
condemnatis.

ARTIC. IX.

Vtrum licet ab excommunicatis, vel hæreticis, sen-  
tenciatibus communionem recipere, & eo-  
rum missam audire?

502

A D nonum sic proceditur. Videtur, quod aliquis  
a 3. ad 2 licite possit communionem recipere a sacerdo-  
et 2. & 4 tibus hæreticis vel excommunicatis, vel etiam pec-  
d. 13. q. 1 catoribus, & ab eis missam audire. Sicut enim Aug.  
a 3. o. 2. contra Petilianum dicit, Neque in homine bono, ne-  
\*refertur que in homine malo aliquis Dei fugiat sacramenta.  
hoc in de Sed sacerdotes quamvis sint peccatores & hæretici,  
cre. 1. q. vel excommunicati, verum conficiunt sacramentum.  
1. c. Neq. Ergo videtur, quod non sit vitandum ab eis commu-  
in prin. nionem accipere, vel eorum missam audire.

¶ 2 Præterea, Corpus Christi verum, figurativum  
q. 80. a. 4 est corporis mystici: sicut supra dictum est \*. Sed a  
prædictis sacerdotibus verum corpus Christi confe-  
ratur. Ergo videtur, quod illi qui sunt de corpore  
mystico, possint eorum sacrificijs communicare.

¶ 3 Præterea, Multa peccata sunt grauiora, quam  
fornicatio. Sed non est prohibitum audire missas sa-  
cerdotum aliter peccantium. Ergo etiam non debet  
esse prohibitum audire missas sacerdotum fornic-  
itorum.

S E D contra est, quod Can. dicit 32. \* dist. Nullus  
2 f. 32. c. missam audiat sacerdotis, quem indubitanter co-  
Nullus. cubinam nouit habere. Et Gregor. \* dicit in 2. dial.  
Greg. l. 3. quod pater perfidus Arrianum Episcopum misit ad si-  
Dialo. c. lium, ut de eius manu sacrilegè consecrationis com-  
31. parvunionem perciperet: sed vir Deo deditus Ariano  
2 prin. Episcopo venienti exprobrait, ut debuit.

R E S P O N D E O dicendum, quod ( sicut su-  
a. 3. 7. et pra dictum est \*) sacerdotes si sint hæretici, vel schis-  
8. huic matici, vel excommunicati, vel etiam peccatores,  
9. quamvis habeant potestatem conferandi Euchari-  
stiam: nō tamen ea recte videntur, sed peccant vrætes.  
Qui-